



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cum alterius marito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Anglia, & fere tota Italia, ius commune Casareum: non vigere, docet Bartol. à S. Fausto in *Speculo Confess.* d. 32. q. 5. num. 5. tamen iure hoc posito, non tenetur liquidem, quod sit circulo illo, (ut nimirum prius solvar, & deinde per Iudicem repetat) potest per se facere, cum moraliter idem sit; multo magis, si iudicio, ex defectu probationis, timeatur vel mora magna, vel negatio iustitiae. Neque dicas, hæc est poena; ergo debetur post sententiam: nam respondeo ita quidem esse: tamen, cum retinere eam meam ante, vel accipere post sententiam, re ipsa æquivalent, non est iniustitia alterutrum modum eligere. Aliter respondendum alij.

Quod si quis forte iuravit se soluturum, tenetur solvere ob reverentiam iuramenti: licet possit deinde repetere. At si etiam iuravit non repetere; nec repetere posse ante absolutionem iuramenti, dictum est *suprà lib. 3. in decalogum, cap. 2. §. 5. a. n. 6.*

12. Carolus V. pro Regnis Hispaniæ tulit legem prohibentem ludere credito, etiam ludis alioqui permisis, & insuper irritas, & nullas effecit qualcumque promissiones, & obligationes; ex quo fit, ut intra Hispaniam, etiam in ludis permisis non teneatur quis solvere, quod credito perdidit: cum ex iure communi solum non teneatur in prohibitis.

Peres: Si uterque ludens renuntiet legi concedenti, cedatque iuri suo, poteritne alteruter non solvere, & solutum repetere? Respondeo, si non intercessit iuramentum, potest, quia huic iuri facto in favorem boni communis credere nullus valet; si intercessit iuramentum, videndum est, An iuramentum contra leges positivas obliget, de qua re nos fusi in superioribus *lib. 3. cap. 2. §. 5. a. 39. disputavimus.*

13. Dicendum est tertio: Si quis, cum luserit credito, solvat id, quod amisit, posse victorem illud iuste retinere. Ratio est, quia lex solum concedit posse repeti, non verò non posse retinere; ita Molin. *loc. cit.* licet contrarium sentiat Rebell. *loc. cit.* q. 8. & saltem ita consuetudo optima legum interpretes explicuit. Colonar quod dixi num. 9.

Ludere cum animo non solvendi, vel non solvendi nunc.

14. Si quis sive credito, sive numeratâ pecuniâ animo non solvendi ludat, atque id alter ignoret, nō potest retinere quod lucratur. Ratio est, quia contractus fuit inæqualis alterum decipiendo: Suppono enim collusorem similem animum non habuisse. Si quis ludat animo non solvendi nunc, colliges ex dicendis *max. num. 17.*

Vincere plus, quam arguere.

15. Si ludatur pecuniâ numeratâ. Quæri potest, An alter vincere plus, quam habeat, possit; v. g. habet quis solum quatuor, poteritne sine iniustitia vincere octo, vel plus. Respondeo uno jactu, & cum una persona non potest, quia contractus non esset æqualis, si solum potest perdere quatuor, sed vult vincere octo. Lege *Sot. in 4. q. 5. art. 2. Arag. 2.2. q. 32. art. 7. Alcozer. tract. de Ludo, c. 16. aliisque.*

16. Dixi (cum una persona) siquidem quando sunt plures colludentes, v. g. sex, & singuli ponunt, v. g. quatuor, poterit victor uno jactu vincere viginti à quinque suis collusoribus.

Dixi item (uno jactu) nam in toto ludo, distingui solet (id debent docere Sanchez, Lopez, Beia, Toler, alique cit. à Diana *parte 1. tractatu 8. resolut. 67.* dum aiunt, posse vinci plus, quam quis potest perdere.) Si enim tu fingas habere multum pecuniæ, decipiasque alium, qui putat te habere multos nummos, teneris restituere illud plus, quod lucratus es. At verò si nihil fingas, non teneris. Ratio est, quia in prioribus casu tu illum fallis, in posteriore ipse se decipit. Verum,

cur eadem distinctio adhibita non est, quando agitur de uno jactu?

17. Expediatis igitur dic id, de quo disputamus, praxi ratò contingere. Nam quamvis lusor non sit actu nisi, v. g. quatuor, habet tamen potentia, cum sit regulariter ab alio sibi mutare, atque adeo potest credere (sed absit feaus nolendi deinde solvere) enim pacto clare esset iniustus contractus, ut dictum *num. 15.*

Neque obstat pactum fuisse de ludendo numeratâ pecuniâ. Non obstat, inquam, nã re vera similes pecuniam ex mutuo, vel ex aliqua alia ratione habent, eamque colludenti sincere soluturus, non est unde iudicet pactum graviter infringere. Quæ ratio, etiam videtur vera in ludente pecuniâ propriam sola, sed cum animo, ut si perdat, sincere solvere propediem sit.

Ludere cum his, qui alienare nequeunt.

18. Qui cum his ludis, & peccat, & restituere tenetur, quod lucratur. Rursus ij, qui nequeunt alienare pecuniam propriam non habent, quam collusori colligere solvere possint, tenentur eidem collusori restituere, quod lucrati fuerint.

Ratio hujus dicti posterioris est, quia non iniustus contractus æqualem, dum vincere voluerunt, sed potest non potuerunt. Ratio prioris est, quia acceptam rem alienam invito domino. Excipe, nisi collusor illum alienare non posse, illum esse, verbi gratia, si familiam carentem peculio: tunc enim restituitur, si familiam non tenetur, quod vincit, quia collusor scienti, & volenti nulla facta est injuria. Ita Sotus, Henriquez, Azor, Bonacina apud Dianam *parte 1. tractu 8. resolut. 67.*

Jam percurramus singulos, qui alienare nequeunt. Filius familias, quid possit in ludis expendere, *superius* est, & unum tangam *max. num. 7.*

19. Vxor potest perdere: Primum bona paraphernalia. Secundò, ea, quorum habet liberam administrationem. Tertio, quæ vir tacite, vel expresse concessit tacite autem concedere censetur ea, quæ similes materies ejusdem conditionis solent ludo apponere, vel alios usus pro suo arbitrio consumere, ut *superius cap. 2. §. 3. diximus.*

20. Maritus, infamia, nolentique uxore, ea exponere ludo potest, quæ sunt libere sua: Quare, quamvis ratio peccet, etiam in his exponendis peccato committitur charitatem, & familiæ, si propter ludum iis graviter necessitas debeat: tamen colludentes si vincant, non obligabuntur ad restitutionem, quia à potestate habere pecuniam accipiunt. Quæ verò ad uxorem pertinent ludo committere, ea invitâ, maritum nō posse, nimirum manifestum, de quibus bonis dictum est satis, *dicto cap. 2. §. 3.*

21. Servus potest ludo exponere, peculium, id est, quæ sub suo pleno dominio sunt: quæ autem sunt ejusmodi, vide *superius, dicto cap. 2. §. 1.*

22. Quid de famulo qui ludat pecuniis, quas depositas apud se habet domini sui? Idem quære de depositario non famulo.

Respondeo, vel de peccato interroga, vel de obligatione restitutionis.

23. Si de primo, peccat quando dominus esset graviter invitatus, quia injuria est te re mea velle uti, meo pugnante. Quoniam verò, quando nullum damnum erit domino (ut si famulus promptus est in reddendo deposito, ubi primum dominus illud poposcerit) non est gravis rationabiliter injuria, ideo tunc erit à peccato exemptus mortali depositarius excusandus. Idem certe debet concedi famulo, si is pari promptitudine reddenda, nullo domini damno, negotietur pecuniam ejusdem apud se depositam applicando sibi lucrum. Ita Sotus, alique apud Rebell. *1. parti. q. 4. n. 22.*